Si vò tm excusant, ut infirmitas, ignorantia &c tnc si talia
provideo teneor prevenire: hoc procedunt ut probabilia et etm
ut practicabilia: quia tn nonnullus videtur intercedere dolus, si quis
provideret iter, et omitteret audire Missam prius, licet sciat vel
provideat, qd sit venturus in aliud territorium tpore obligaois suae,
ubi n tm excusetur, sed omnino tollatur eiusmdi obligao: ego tn
suadeo, tale prevenire auditione Missae.

Inferes, qui die, quo est ieiunium in suo territorio est extra 99.
illud, tn ad noctem venit in suum territorium l. domum suam, extra
territorium licite vescitur carnibus, et domum rediens pt comedere
ex integro sed n carnes: Ratio est, qa preceptum abstinendi à carnibus
divisibiliter obligat spr et pro spr, at vò preceptum ieiunandi indi-
visibiliter obligat: cum ergo si redeat res n sit integra qntm ad ieiunium
ideo nil pt reparare: imò aliqui ut probabile admittunt, si quis
rediret ex alieno territorio ad suum de nocte, et si talis in alieno
territorio ieiunium n violasset, tale n teneri ieiunare; qa pro
potiori tpore obligaois fuit in alieno territorio, ubi n erat
preceptum ieiunandi: et quia preterea preceptum ieiunandi obligat
indivisibiliter, ideo talis pro illo brevi tpore in suo territorio gaudet
illo favore, quo fuerat gavisus in alieno territorio: quaeritur tn,
an ille, qui ex loco ubi est ieiunium vult abire in alium locum ubi
n est ieiunium, an scil talis domi poit ientare, cum provideat
se venturum in locum ubi sit absolvendus à lege ieiunij et iuxta
dicta credito ientaculum, qa obligao iuxta dicta indivisibiliter
obligans n pt observari, l. saltem n dbt, sicut supra dictum est de auditione Missae.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0581
gefördert durch Baden-Württemberg